



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Monachis de Galdo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

*ABBATI LVCÆ,
Magistro Gerardo, G. Archipresb. sancti
Severini procuratoribus Ecclesiæ Saler-
nitæ. Abbati Barch. Caputaquen. Eccle-
siæ preceptor.*

*Epiſt. 65.
Vt quicquid in
Ecclesia vel
diocesi Salerni.
Archiepiscopo
in vinculis
detento in con-
cessionebus præ-
bendariorum, be-
neſiuum, Ec-
clesiarum ar-
tium et per
potentiam lai-
calium, caſſetur.*

INcubit nobis ex officij debito paſtoralis ut quæ in ecclesiastica liber- tatis præjudicium attenantur, infringe- re debeamus, & in statum debitum revocare. Ea propter venerabilis fratri nostri Salernitani Archiepiscopi conſulentes honori, quicquid in Ecclesia vel diocesi Salernitana in concessionibus præbendarum, beneficiorum, Ecclesiarum, & aliis ecclesiasticis per Iohannem principem & magistrum Gerardum, qui memorato Archiepiscopo detento in vinculis locum ejus invadere per laicalem potentiam attentarunt, occasione intrusionis factum est vel statutum, praesentium auctoritate caſſamus, & carere decernimus robore firmitatis. Datum Laterani.

*ABBATI ET MONACHIS
de Galdo.*

*Epiſt. 66.
Vt licet eis
monasterium
& habitationem
circumponiam
ad ruriora loca
transferre.*

QVæ pro religiosorum locorum necessitate peruntur à nobis, ani- mo gratanti concedimus, & honesta pe- tentium desideriis favorem apostolicum gratiū impertimur. Quia igitur in me- dio pravæ ac perversæ nationis positi, graves à vicinis vestris molestias & grava- mina non modica sustinetis, ac vo- lentes eorum nequitiam fugiendo vita- re, licentiam poſtulaſtis à nobis ad loca tuitiora monasterium & habitationem circumponitam transferendi; vestris precibus inclinati, liberam vobis ſu- per hoc concedimus auctoritate aposto- lica facultatem, ut in majori quiete monasticæ professionis officium exe- qui valeatis. Nulli ergo &c. Datum Laterani.

PICTAVEN. EPISCOPO.

*Epiſt. 67.
Super corre-
ctione mona-
sterij, tam in
capite, quam in
membris.*

LICET Ecclesiarum omnium cura nobis immineat generaliter, ad illos tamen ſpecialius nos convenit aciem no- stræ conſiderationis extendere, in quibus ab antiquo disciplina conſtituta di- gnoscitur ordinis regularis, & per aliquorū insufficientiam à religionis ob- servantia proponuntur, quod non con- venit, declinat. Dilectus ſiquidem fi-

lius magister B. Prior de Azaico pro fe & quibusdam aliis monachis sancti Ma- xentij in audiencia nostra proposuit, quod cùm olim in eodem monasterio multa inordinata exiſterent, per bonæ memoriae W. Pictaven. Episcopum & dilectum filium N. tunc Eleemosynarum Cellen. nunc Abbatem. Aureæ Vall. judges à ſede apostolica delega- tos fuerunt quadam pro reformatione ipsius monasterij constituta, qua ſe di- lecta filius Abbas ipsius monasterij obſervaturum præſta fide promiſit, ſed poſtmodum non ſicut promiſerat obſer- vavit; immo (quod deterius eſt) quoſdam monachorum juramento, quoſdam etiam fide ſibi aſtrinxit, ut in nulla cauſa adverſantes eidem, ſuæ in omnibus pareant voluntati. Præterea Prioratus & Obedientias, quibus præſeffe mona- chi conſueverant, ſibi retinet & appro- priat, redditus eorum in uſu proprios expendendo, & cùm in iis & multis aliis (prout dicitur) modum religionis ex- cedat, religiosum ſtatutum ipſius mona- ſterij minuit & immutat. Adjicit etiam quod idem Abbas plures monachis de ſeculari potestate minas incutiens & ter- rores, proposuit coram eis quod Prioratibus monasterij faceret per ſecula- rem potentiam violentiam irrogari. Poſtmodum verò Prioratus de Azaico, qui Conventui in pane quotidiano de- ſervit, fuit à laicis occupatus, quod prædiči monachi ex Abbatis voluntate afferunt contigisse. Verū dilectus fi- lius magister W. de Mercato ſcriptor noſter, procurator ejusdem Abbatis, non eſſe vera qua de jamdicto Abbe dicebantur, omnimodis aſſerebat, ac prædictum magistrum B. Priorem de Azaico abſque Abbatis licentia ad ſedem apost. aſceſiſſe. Quia verò ſuper præmiſis non potuimus elicere verita- tem, cauſam ipſam de utriusque partis aſſenſu veftro duxiſimus examini com- mittendam; per apost. vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ad monaſterium iſum pariter accedentes, inquiratis ab universis & ſingulis mo- naechis & aliis etiam quos videritis ex- pedire, de præmiſis diligentiū verita- tem, & ſolum Deum habentes præ oculis, que tam in capite quam in mem- bris inveneritis corrigenda, auctorita- te apost. appellatione poſtpoſita corri- gatis, & ſtatutum ipſius monaſterij in me-

*De Obedientiis
monaſteriorum
vide Sermon dñ
ad Goffrid. lib.
4. epift. 7.*

E ij